

si, quod de patre & de filio proprie dici possit tributum sit. A. S. Aug. 5. de Trin. c. 11. & 15. c. 19. causam reddit, ut ex nomine, quod utrique illi convenit, utriusque communio significetur, quorum & Donum dicitur. Consentit Rupert. in Joann. c. 4. & Alcuinus lib. 1. de Trin. c. 6. S. Thom. 1. p. q. 36. art. 1. prater istam rationem aliam etiam assignat, quoniam proprium est amoris, per quem Spiritus Sanctus procedit, quod movet, & impellat voluntatem amantis in amatum.

Non autem spiritus in rebus corporeis impulsione, & motionem significare videtur: sanctitas vero illis rebus attribuitur, quae in Deum ordinantur, & amoris est omnia in Deum referre. Adde, quod ad voluntatem, quae est prima virtutum sedes pertinet sanctitas: per voluntatem vero procedat Spiritus S. & quod, ut Elias ait, Spiritus sanctus sanctificet, & sanctitatis fons sit.

Interdum SPIRITUS S. non suppositum significare videtur, sed aliquod creatum donum, ut cum David orans ait: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me, etsi sensus quoque esse potest de tertia ipsa persona Trinitatis, cui divina in homines B. inspiratio, & afflatus per attributionem adscribitur.

Quoties autem Spiritus sanctus pro supposito divino accipitur, tertiam personam significat, juxta communem sententiam, & qua recedit. Abulensis Mat. 1. q. 45. docens, cum Christus spiritu sancto conceptus dicitur, intelligi totam Trinitatem, sub substantialiter, non personaliter nomen intelligi. Immo addit, quodcumque sit mentio in scriptura de spiritu sancto, nisi simul exprimitur alia persona, aut aliqua illarum, jam dicto modo spiritum sanctum intelligi debere. Agnoscit tamen contrariam opinionem esse communem recentiorum, & antiquorum DD. ideoque reverenter recitat, & exponit, ut sciamus quomodo spiritui sancto incarnationis opus deputetur. Iust. Apol. 2. quidem spiritum sanctum, quem superventurum Gabriel in Mariam pollicitus est, interpretatur filium Dei, qui postea quoque vocatus sit, virtus altissimi obumbrans. Verum, ut secundum quod plures habet assertores, quos illius loci Interpretes, ut Maldonatus, & Toletus, proferunt, concedatur, primum adverbatur communi sententiae.

EJUS NATURA. PROGRESSIO.

Ac primam Haereses adversus eandem.

C. Fuerunt jam olim Haeretici Abstinentes dicti, teste Philastro, qui Manichaeorum errores imberabant, & spiritum sanctum creaturam esse docuerunt circa annum 289. Eandem haeresim tenuerunt Semi-Arianii. Eusthathiani sub annum 230. eundem Deum esse negaverunt. Et quamvis contrarium assererent Nestor, qui & Trinitarii, exorti in Polonia an. 1564. tamen nolebant esse eundem cum Patre.

Quin etiam Filio minorem Donatiani, Aslurriniani, Majorini, Rogatiani. Non procedere a Patre, & Filio Armeni circa ann. 640. & Graeci communiter, sic ut una haec fuerit ex causis praecipuis, cur se a communione Ecclesiae Latinae segregaverint.

VERITAS.

Ceterum fide Catholica tenendum, Spiritum sanctum esse Deum, & reliquis personis in Trinitate aequalem, atque a Patre, Filioque procedere. In cujus rei testimonium sequentia adducimus.

D. CHILPERICUS Francorum Rex, legatos suos, Ansovaldum, & Domichisilum in Hispanias ad Leuvichildum Regem, qui tum in exereitu contra Hermenichildum filium suum erat, misit. Qui etiam inde rediissent, sollicitus erat Greg. Turon. qualiter in ipsis Christianis, qui pauci in eo loco remanserant, fides Christi ferveret. Cui haec Ansovaldus respondit: Christiani, qui nunc apud Hispanias commorantur, Catholicam fidem integre servant, sed Rex novo nunc ingenio eam nititur exturbare, dum dolose & ad sepulchra Martyrum, & in ecclesiis religionis nostrae orare constringit. Dicit enim, Manifeste cognovi esse Christum filium Dei aequalem Patri, sed Spiritum sanctum Deum penitus esse non credo, eo quod in nullis legatur oedibus Deus esse. Heu, heu, quam iniquam sententiam, quam venenosum sensum, quam pravam mentem. Et ubi est illud, quod Dominus ait, Spiritus Deus est. Et illud Petri, quod ad Ananiam ait, Quid tibi visum est tentare Spiritum sanctum? Non es hominibus mentis, sed Deo. Ubi est & illud, quod Paulus mystica dona commemorans, ait: Haec enim operatur unus, atque idem spiritus, dividens unicuique

prout vult. Qui enim operatur, quod vult, nulli cognoscitur esse subiectus. Greg. Turon. lib. 6. hist. Franc. cap. 18.

Tempore Eugenii IV. ann. circiter 1332. discussa sapienter Gracorum, & Latinorum contentione, tandem eo ventum est, ut Graeci rationibus videri, faterentur spiritum sanctum a Patre, Filioque procedere, homoussionque esse, non a Patre tantum, ut ipsi credebant provenire, ut in azyzmo sine fermento, triticeo pane corpus Christi conficeretur, ac Purgatorii locum esse crederent. Postremo, ut fateretur Romanum Pontificem verum Christi Vicarium, Petrique legitimum successorem, primum in orbe locum tenere, cui Orientalis, & Occidentalis Ecclesia merito pareret. Plat. de vit. Pont. in vita Eug. 4.

Fugato Rogerio Siculo ex Apulia, cujus ducatum sui juris esse affirmabat, Joannes Constantinop. Imperator, qui Rogerio adversabatur, legatos statim ad Lotharium Germanorum Imper. mitit. de superato hoste congratulans. Inter legatos erat, qui ostendere conabatur Latinam Ecclesiam errare, quod addidissent spiritum sanctum procedere a Filio contra sententiam Niceni Concilii. Tum Petrus Diaconus homo doctus, & in corona aederat disputandi gratia: Si, inquit, Latini dammandi sunt, quod addiderunt spiritum sanctum a Filio quoque procedere, dammandi multo magis Graeci videntur, qui id fieri a solo Patre addiderunt. Quare enim potius a solo Patre procederet, quam a Patre, & Filio? Sic enim habet Scriptura: Spiritus, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, ita etiam dicit. Cum venerit paraclitus, quem ego mitam vobis a Patre: ille testimonium perhibebit de me: Delusus igitur homo audax tam acuto responso, substituit hac de re amplius disputare. Jo. Naucl. vol. 2. gener. 38. ad an. 1137.

\* APPARITIONES VARIAE.

EX S. SCRIPTURA.

SPIRITUM sanctum vento comparari, & illius excitatione praesentiam suam demonstrasse, ex Scriptura divina clarum evadit. Unde initio creationis dicitur Deus insufflasse in Adam, & inspirasse, ut loquatur scriptura, in faciem ejus spiraculum vitae, id est, animam rationalem. Quippe flatus hic, sive inspiratio denotat vim spiritus sancti, qui velut flatus ex intimo corpore educitur, ita velut ex intimo praecordiorum calore, & amore Patris, & Filii procedit.

Apud EZECHIELEM omnia illa mortuorum non reviviscebant, G. nisi postquam ingressus esset in ea spiritus, qui a quatuor ventis propheta vocaverat, ut resurrectio fieri cognoscatur; ait S. Hieronymus insufflante Spiritu, sicut creatio. Ezechiel. cap. 37.

Etiam ELIAS 3. Reg. 19. vers. 11. & 12. vidit, cum transfret Dominus, spiritum grandem, & fortem, qui subvertebat montes, & conterebat petras ante Dominum.

CHRISTUS insuper insufflando in Discipulos post resurrectionem, eis dedit spiritum sanctum. Joan. 20. ut ostenderet illum sibi esse confubstantialiorem.

In die Pentecostes dum promissum SPIRITUM CHRISTUS misit, factus est repente de caelo sonus, tanquam adventientis spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes. Act. 2.

Quam vero apud spiritus sanctus praesentiam suam vento manifestat, videtur apud Joan. de S. Germana lib. 1. cap. 73. similitum Bercho. in Dictionar. verbo Ventus, & Spiritus.

Baptizante Christum JOANNE, descendit spiritus sanctus de caelo quasi columba. Joan. Marc. 1. Luc. 3. Quod ad mysticum pertinet omnium baptizandorum, in quos dona sua esset effusus. Chrysost.

Rursus in die Pentecostes apparuit in forma linguarum ignearum, sive ad similitudinem ignis, in splendore, colore, motione, neque aptius symbolum tunc esse potuit, cum Apostoli essent adversus omnes persecutiones inflammandi, & praedicatores orbis ordinarentur, cujus munus aptum symbolum est lingua. Varias interim comparationes inter spiritum sanctum, & ignem, vide apud auctores, paulo ante allegatos, & legatur Lorin. in c. 2. Act. qui multa de hac re non vulgaria.

EX HISTORIIS SACRIS.

An. Dom. 1084. cum GREG. PAP. VII. Cassinum venisset, & ibi missarum solennia celebraret, vir quidam Joannes nomine juxta altaris crepidinem immobilis perstitit. Cumque ad altare deflexisset obtutus, subito in ecstasim raptus, nivo candore columbam, cujus erat aureum guttur, supra eandem aram stare conspexit. Quae inde vultus ad volans, ac supra dextrum Pontificis humerum recubans, alis protinus expansis, utrumque

que protexit, ac tamdiu sic perstitit, quousque commixtio Dominici corporis, & sanguinis in calice fieret. Iterumque se in dextrum humerum colligens, inde ad altare descendit, caput bland super hostiam flexens, viro illo, quid haec sibi vellent, non intelligente cum volatu praepeti, pleno rostro remavit ad caelum. Post haec homo ille in se rediens, nulla penitus hujus rei vestigia memoria tenuit. Nocte vero subsecuta cum se foris redisset, vir quidam illustris sole, minaci vultu in medio suae domus hospitio eadem apparuit. Quo ille viso, de strato exiliens, terrore contuit brachium ejus suavititer tenens. Cum porrecta manu, conquiret effugere, ac si vincendus, stetit invitatus: ad ejus mox auxilium quidam nivea canicie aspersus, indutisque stola candida, adfuit, ejuque merorem consolans, de manu te tenentis eripuit. Quem ille, quisnam hic esset tanta claritatis vir, quaesivit interpidus: Hic, inquit, est justitiae sol. Et ille, Nomen quoque, ait, tuum similiter pande. Nequaquam (ait ille) scire te oportet nomen meum, sed mihi ad interrogata responde. Putative, recolis, quid heri, dum in ecclesia affares, vidisti? Ille ejus animum occupat oblivio, cepit intra se volvere quidnam esset, quod ab eo senior quaereret, subitotem reminiscens, cuncta sibi qua viderat, ex ordine recitavit. Et ille, Vade inquit, celeriter, & hoc ipsum auribus Papae intimato, ut constanter vigore S. Spiritus, quod coepit, exequatur. His dictis ab oculis ejus elabuit. 1. Ad quid columba visio in Pontifice, nisi Spiritus S. instinctu cum regi, & gubernari? Quid insuper illud, quod eidem nunciari mandatur, nisi manifestum divino oraculo reddi, quae ab eo haec tunc gesta essent, eisdem Spiritus sancti opere bene facta probari. Leo Oshensis lib. 3. bis. Cassin. cap. 53. apud Baron. tom. 11. 1084. TO. II.

Narratur in vita B. AMBROSIJ Sancedonii Senensis, Ord. Praed. qui obiit an. 1286. quem Greg. XV. in Beatorum numerum retulit: quod sapissime visa fuerit columba ipsius auribus insuffurata, in humeris resedens, dum ad populum concionaretur, ac radiam e caelo ad usque osillum dimitti, qui postmodum concione finita in caelum recipiebatur. Etiam Jacobo SALOMONIO Veneto ex eodem ordine nuper a Greg. XV. Beatus adscripto, sacris confessionibus excipiendis intento, columbam aliquanto humeris, ac capiti infestis, memorataur vita nuper luce donata. Obiit ille ann. 1314. An. Dom. 1275. aut circiter, quadam Mulier devotissima, aliquando nonnulli humanis rebus abstincta, vidit in visione, quod cum nostri Ordinis Fratres in quodam conventu comitia generalia celebrarent, Spiritus sanctus super illos congregatos in ecclesia in specie ignis descendebat, ut D. Antoninus refert 3. p. bis. tit. 20. cap. 1. Anton. Senenf. Dec. 5. Chron. Fr. Ordin. Praedicator.

DONA.

Varia sunt dona Spiritus sancti, & quantum sint communia aliis Personis in Trinitate, illi tamen appropriantur, quod fit velut amor Patris, & filii, & per modum amoris procedat, ideoque suum pignus nobis varie communicet. Solent autem notari septem dona spiritus sancti, ex cap. 11. Isaie. ubi dicit de Messia venturo: Et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiae, & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. De his vide Loca ad Intellectu, Scientiam, Consilio, Fortitudinem, Pietate, & Timore.

Prater haec dona numerantur varii fructus Spiritus, & sunt juxta Apostolum ad Gal. 5. vers. 12. Gaudium, quod oritur ex conscientia pura, & sancta: Pax, qua mens tranquilla nullis passionibus turbatur: Patientia, qua & adversa tolere, & cum proximo consentias: Bonitas, id est, beneficentia, qua proximo omne bonum desideras, & proferis: Benignitas, in omni opere, & colloquio, quae suavitatis dicitur in moribus: Manufactura, ut in omnibus his lenis, & tractabilis. Fides, juxta Anselmum fidelitas, & veracitas in promissis. Modestia, qua omnes actiones exterioris moderantur. Continentia, id est, temperantia in merito cibo, & potu non modo, sed ab omnium vitorum illecebri. Castitas, & potu nondum fructus dicuntur Spiritus, non quod non sint plures, verum quia hi magis conspiciunt, & operibus carnis, quae paulo ante enumeratae, oppositi: omnes enim virtutes, & quaevis earum opera fructus sunt Spiritus sancti.

Dicit inter alia Apostolus, Spiritum sanctum adjuvare infirmitatem nostram Rom. c. 8. est enim proprium Spiritus sancti nos juvare: sicutque novem infirmitates ex peccato ortae, & L. B. Theat. vit. Human. Tom. V. 11.

relicta, adversus quas robur dat Spiritus sanctus. PRIMA sunt morbi, erumna, & mala quaevis illata corpori, vel animo, ut his roborat nos Spiritus sanctus, ut ea de manu Dei accipiamus, Deumque in eis laudemus.

SECUNDA est in intellectu ignorantia, quid hic & nunc agere, aut fugere oporteat, & improvidentia, quid in futurum providere, aut cavere homo debeat.

TERCIA est in voluntate infirmitas, ad amandum bona solida & aeterna, quae nobis sunt abscondita, & ad contemendum bona praesentia, & caduca, quae sensus ferunt, & alliciunt.

QUARTA est in memoria infirmitas, ut recordemur, tum beneficiorum Dei, ut is gratulimur, tum judiciorum Dei, quibus malos punit, bonos premiat, tum praecceptorum Dei, tum peccatorum nostrorum, ut is compungamur, & peniteamus.

QUINTA infirmitas est in spiritu, & appetitu concupiscibili, ut spiritus concupiscentiae carnis reludetur.

SEXTA est in irascibili, ut iram, odium, & vindictam contra eos, qui nobis malefaciunt, aut maledicunt, compefcamus.

SEPTIMA infirmitas est ad aggredienda opera ardua, & heroica.

OCTAVA est ad perseverandum in Dei obsequio, & primo fervore.

NONA est ad orandum Deum, sicut oportet.

Hic spiritus divinus, qui in substantia est amor innatus, in cordibus jam mortificatis, & jam virtutum usu dispositis eam flammam ingenerat, ut sapere vel unico verbo, vel unica sancta cogitatione ejus amore inflammantur. Ut de Aegidio uno ex comitibus D. Francisci legitur, ut saepe hoc tantummodo verbum, Paradisum cum audiret, in spiritum rapere. Hujusmodi enim viri, ubi in illorum animabus caritatis habitus alius super radices egit, sunt tanquam siccus pulvis, ut unica scintilla super illum cadente subito inflammantur. Ex vita B. Aegidii, Lud. Gram. lib. 2. Catech. in Symbolum.

\* SPIRITUS ANGELICI.

EORUM APPARITIO.

AC PRIMUM DE ANGELIS BONIS.

EX S. SCRIPTURA.

Angelos beatos viventium rebus interfuisse jam olim, & G. interesse etiam hodie posse, extra controversiam est. Scriptura id testatur, & experientia, omniumque recte sententiarum consensus.

Scriptura Apparitionum Angelicarum non uno in loco, sed variis mentionem facit. Et omni tempore, omni loco, omniumque generum hominibus ipsos apparuisse, tot suggerit exempla; quor possunt sufficere ad hanc rem etiam Barbaris persuadendam.

Apparuerunt autem statim ab orbe condito, primis humani generis, post Deum, authoribus; quando Dei personam sustinuerunt, & variis rationibus cum Patriarchis egerunt. Gen. 18.

Lex quoque Dei non hominum tantum, sed & Angelorum ministerio populo Israelitico lata est. Ad Rom. 7.

Denique Aduum Hist. c. 58. & atque Evangelia Luc. 1. 2. & c. (quae principium temporis gratiae explicant) docent, plurima per Angelos praestita esse, & perfecta.

Et nunc quidem ruri apparuerunt. Gen. 32. nunc inter privatos parietes domi Jud. 6. nunc in templo Luc. 1. nunc in fornace accensa Daniel. 3. nunc in carceribus Abor. 12. nunc in H. locis desertis, & ab omni hominum frequentia separatis. Genef. 12.

Sed & omnium generum hominibus sese spectandos exhibuerunt. Gentibus inquam Ad. 10. Judaeis Luc. 1. & Christianam fidem profitentibus, Act. 12. Mulieribus, Matth. 28. Viris, Act. 13. hominibus integris, & inculpatis vitae. Luc. 1. Barbaris, 2. Mach. 3. atque provecis, Gen. 18. & quorum adhuc tenior est aetas, Dan. 3. Nobilibus, & generis splendore claris 2. Mach. atque Ignobilibus, Gen. 21.

EX HISTORIIS SACRIS.

GELASTO primo Pontifice, in Apulia ad radices Gargani montis, (quem locum incolunt Sipontini) Archangelus Michaelis fuit illustris apparitio, eumque saepius hominibus visum, veteri Sanctorum traditione comprobatur Romana Ecclesia. S. Virius tom. 4. in Mich.

CECILIA Angelorum visione fruens, roforum. Illorumque media hyme vernant odoramentis, quae ipsi de paradiso allata fuerant, Valerianum, & Tiburtium convertit. Marialis lib. 6. cap. 16.



Mariam Magdalenam ab Angelis in celum tolli, & iterum loco suo restitui, solitarius quidam vidit Presbyter Marulus lib. 10. cap. 18.

PTEXTAXTA nobilissima quondam femina, jubente viro Hymetio, qui patruus Eustochii virginis fuit, habitum ejus, cultumque mutavit, (ait S. Hieron. ad Letam de infirmitate) & neglectum crinem mundano more pexuit, vincete cupiens, & virginis propositum, & matris desiderium, & eccubi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum terribili voce imitantem pœnas, & in hac verba erumpentem: Tunc ausa est viri imperium præferre Christo, Tu caput virginis Dei tui sacrilegis attrahere manibus, Quæ jam nunc arefcent, ut sentias excruciatu quid feceris, & finito mense quinto ad inferna duceris. Omnia per ordinem expleta sunt, & feram miseræ poenitentiam velox signavit interitus.

Atque hæc quidem res vites Angelorum non excedit: ut qui in corpora habent vim summam. Neque minuit dignitatem, sed illustrat maxime: quando hæc ratione primùm illorum poestitas deinde studium bene de nobis merendi illucefcit. Neque rebus humanis incommodat, quando gravissimæ causæ sunt, cur hoc Angelorum ministerio Deus uti decreverit.

Illustratur præfens Titulus ex alio, qui de Angelis, in loco Angelorum.

B CAUSÆ, CUR ANGELICI SPIRITUS IN ASSUMPTIS CORPORIBUS APPARENT.

Causæ apparitionum Angelicarum & magnæ sunt & multæ, quia varias Angelorum apparitiones legimus, & naturæ ordinem excedit, quod nostris sensibus se offerunt.

Et primò quidem propter se his corporibus non indigent. Non felicitatis sunt cum habent. Non deteriores conditionis, cum carent. Sed nec propterea consecuti sunt, quasi facilius hac ratione vel Dei consilia hominibus innoverent, vel ipsius decreta finem suum commodius consequantur.

Omnes est hominibus, quod apparent, quodve his vel illis foris appareant, ratio petitur.

Placet S. Thom. 1. par. qu. 51. art. 2. ad 1. & S. Aug. 1. 3. de Trin. ut veteris legis apparitiones quoddam indicium esse dicamus assumenda olim per Dei filium naturæ humanæ: quasi his tanquam obscuro signis antiquitas illa fuerit intruenda: ut de filio Dei crederet, quod Angelici spiritus quodammodo effingent, & demonstrarent.

C Sed & futuræ societatis, quæ nobis in illa vita communis esse debet cum Angelis, non levia fuerunt argumenta: ne impossibile judicarem, quod cum Angelis communem quandoque in cælis vitam acturi effemus immortalem, quando & ipsi cum hominibus, quasi vitæ conditionem in hoc infelicitatum statu subire voluerunt.

Quid quod naturæ nostræ conditio id postulare videbatur, ut mens nostra corpori, tanquam carceri inclusa, corporis etiam argumentis promoveretur: eoque duceretur & assurgeret externo Angelorum ministerio, quod per se vix penetrare posset.

Accedit, quod & religionem, & sinceram pietatem hæc ratio apparendi non parum promovet, divinamque clementiam, & erga genus humanum liberalitatem egregie commendent: quando naturæ ordo quasi interturbatur, ut rebus nostris commodius consulatur.

Vide quot, quantisque de causis Spiritus illi quædam quasi corpora esse voluerunt. Visi sunt in corporibus, ut afflictos erigerent, & consolarentur. Gen. 21. Ut itineris se duces, & comites præberent. Tob. 6. ut vim elementorum, ne piis obessent, frangerent. Dan. 3. ut impiorum contus retardarent, & peccata ulciscerentur. 4. Reg. 16. Ut Dei voluntatem hominibus revelarent. Luc. 1.

\* APPARITIONES DÆMONUM, EORUMQUE SPECTRA.

EX SCRIPTURA.

Apparuisse, & visos esse dæmones, sacra Scriptura testatur. Et olim quidem primis parentibus in serpentis forma. Gen. 3. Sauli, vero (in quorundam est opinio) in specie Samuelis prophetæ sese exhibuerunt. 1. Reg. 18.

Tempore vero gratiæ, ita CHRISCI tentatum à Diabolo, nostris oculis obicit. Matth. cap. 4. ut vix aliam quam visibilibus formam habuisset, conicere possimus.

HISTORICA.

Ubi primùm expendatur, quibus Locis Spectra, & Dæmonum infestationes plerumque apparent.

Quamvis nulla propemodum loca sint, quæ non infestationes admittant Spiritus, quædam tamen esse, ubi frequentius inveniuntur, haud pauca sunt, quæ probant.

Igitur inter horum magis, & spirituum infestationibus exposita loca, primò sunt desertæ, & incolæ solitudines. Hoc innuere videtur Iovis Prophecia. 34. quædo desertas Idumæorū civitates docet futuras domicilia Lamiarum, Demoniorum, onocentaurorum, & pisorum. Idem sanctissimus Joan. in sua Apoc. c. 18. dum desertam Babylonem, habitationem vocat Dæmoniorum, ut ibidem explicat Ribera. Idem Ewang. Matt. c. 4. cum Christum asserit in deserto Dæmonis insultus sustinuisse.

Sed & suo exemplo hoc observare potuerunt olim Eremitæ, inprimis grandævus Antonius: de cuius, quæ in deserto sustinuit, Spectris sic B. Athanasius. Dæmones, inquit in vita Antonii bestiarum, & serpentum formas induentes, omnia, ubi vir Sanctus agebat, protinus replere phantasiæ leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentum, scorpionum: nec non & pardorum, atque urforum. Et hæc singula secundum suam fremebant naturam. Rugebat Leo, occidere volens: Taurus rugitu, & cornibus minabatur: Serpentes fibilo perhorabant. Luporum inpetus inhiabat. Pardus bicolor athonis sui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus, voces horridæ, dirus auditus. Hæc Athanasius. De Antonio etiam, per Ieremum F. ad Paulum iter faciente, sic habet S. Hieron. Conspicit hominem equo mixtum, cui opinio Poetarum Hippocentauro nomen dedit, & paulo post inter saxosam convallam haud grandem homunculum videt aduncis nabibus: fronte cornibus asperata, cujus extrema corporis in caprarum pedes desinbat. Hic Antonio respondit: Mortalis ego sum, & unus ex acollis Eremi; & quos vario delusa errore gentilitas, Faunos, Satyrosque, & Incubos vocans, colit.

Hanc ob causam idem Hieronymus Eremum dicit monstrosum animalium feracem: Cyril. vero, in c. 34. Itaque Spiritus mali, inquit, libenter dicuntur in desertis locis habitare. Et Procop. cap. 13. ejusdem, desertis, inquit, incolisque locis ipsi Dæmones gaudent. Hinc quidam isorum, cum jam eiciendi essent ex hominibus, à S. Germano, Parisiensis Episcopo, rogabant, ut saltem per desertam solitudinem ipsis errare concederetur, si inter homines versari non liceret, ita Fortunatus Pictavorum Episcopus in Vita S. Germani cap. 30.

Memini ADRIANI Patricii Novarchi Joann. Curopalates in Compend. Histor. fol. 43. Hic cum ad liberandos Syracusanos cum exercitu à Constantinopolitano Imp. mitteretur, & G. haud prospera navigatione usus, in portu Peloponnesi, qui Accipitris vocatur, heret, urbem captam esse intellexit à Dæmonibus, loca deserta incolentibus. Locus est, inquit Curopalates, in Peloponneso, qui vocatur Palus, propter sylvam, quæ ibi est, densitate, hoc sortitus cognomen. Hic Romanorum classis in statione erat. Quædam igitur nocte, cum Dæmones illic habitantes, inter se colloquerentur, audierunt Pastores heri captas, & solo æquatas Syracusas: divulgataque ab alio in alium fama, ad Adrianum quoque pervenit: qui accersitis pastoribus, & diligenter interrogatis, comperit, quæ audierat illorum verbis confirmata: cumque vellet suis auribus ipse ea percipere: per ipsos Dæmones percontatus, audivit jam captas esse Syracusas. Hæc ibi.

SECUNDA sunt loca humida, & paludosa. Afferit hoc quidem Joan. Bodin. sed Dominus insinuat alleibi, apud Evangelistam Lucam c. 11. dum docet ejectiones ab hominibus Spiritus in locis inaquosis non invenire requiem, & ideò iter ad priores sedes reverti: significans eosdem in locis aquosis requiem H invenire; atque ibi sedes suas figere.

Hinc est, ut apud Aquilonares populos Spectra plura inveniuntur, & flammantes ignes (quæ sæpè vel Spectra sunt, vel non sine Spectris) secundum aquas conspiciantur, & ad aquas, ut in cautos homines suffocent, provocent.

Hinc in Cracoviensi tractu, infestus laeas ab omni pfectione incolas prohibuit; & anno 1283. novo Spectro factus est celebrior. Rem totam his verbis in sua Polonia refert Crom. Memoratur, inquit, in Cracoviensi tractu Spectrum apparuisse; Lacum enim quandam per amplum infestatione Dæmonum pfectionibus, & visibus hominum exemptam fuisse. Ad eum hyberna glaciæ concretum, vicinus cum sacerdotibus Vexilla Crucis, & Reliquias sacras, quibus vis Dæmonum propulsetur ferentibus, piscandi gratia convenisset; immisso autem reti primo quidem tractu, contententibus piscatoribus, res pisciculis; altero nihil nisi rete convolutum; tertio denique monstrum horren-

horrendum captivo capite, & in speciem ignis ardentibus oculis extractum esse: territis autem diffugiens cunctis; Spectrum illud sub glaciæ se submerfisse, ac toto lacu discursans terribilem strepitum, & sonitum edidisse: affatosque ab eo nonnullos homines fœda ulcera retulisse. Hæc Cromer. lib. 9. de Rebus Poloniarum. circa finem, fol. 169.

TERTIÒ sunt specus subterraneæ, præsertim ubi metalla, & alia visibus hominum necessaria effodiuntur. Vix aliquam inveniatis, quæ non Spectrorum nomine sit infamis, hujus rei exempla infra hic habentur, de Arnebergia: qui Corona Rosacea dicta est. In salinis Bocheniensibus exaudiuntur nonnullæ voces in profundissimis Specubus; idque mali, & incommodi alicujus imminentes portentum vulgò habetur. Crom. l. prior. Polon. sue f. 485.

Refert quoque Georg. presbyter in Vita Magistri sui, Theod. Archimandritæ, apud Sur. Tom. 2. fol. 741. quòd cum Gratianopolis, in Gordiana regione, incolæ pro ponte construerent, in lapidibus eruentis occuparentur, magna vis Dæmonum eruperit, quorum pars viros, & feminas illius loci invaserit, & torserit; 3. pars cæteris graves morbos attulerit: complures occupavit vias, & transieuntibus, atque bestiis molem pepererit. Idem Georg. ibid. refert, quod sequitur. Ex ponti oppido Heraclea, inquit Theodoros, cognomento Latzeas, dives, & claro loco natus ad pium virum (Theodorum) accessit, & ad pedes ejus prostratus, lacrymans supplicabat, ut ad urbem suam veniret, & in sacra ad sanctissimam Dei Genitricis pro domesticorum suorum salute precaretur. Cum enim domi suæ foret, ex ea fossione contigit, ut magna Spirituum immundorum multitudo tum familiares suos, tum alios cives invaderet, & acerbe vexaret. Beatus igitur vir, cum in ad illa sanctissimæ Dei Genitricis precari cuperet, abiit cum illo, & desiderio suo satisfecit, familiarumque præcæti viri, & reliquos ab immundis Spiritibus precibus, & supplicationibus liberavit. Ita Georgius.

Sic collis quidam fuit in oppido Sandi, in quo plurima Dæmonia fuerunt, eodem Georgio teste. Cum enim Eutolmus quidam aream suam cuperet reddere ampliore, & collis jam dicti lapidem amoveret: immundi mos Spiritus egredientes, inquit Georg. greces, armenta, quæ homines invadabant, & exortabant, nec finem malorum fecerunt, donec adveniens Archimandrita Theodoros omnes rursus in locum, unde egressi erant, compulsi.

QUARTO sunt vaite, & amplæ arces, atque ædificia. Novimus quædam ab hominibus desertas esse, quòd spectris essent horridæ. Novimus alias, in quibus plurimas molestias indigene sustinent, nunc in tempesta nocte, nunc etiam clara luce.

QUINTO sunt loca memorabilia, & crudeli cæde clara. Hoc nomine Marathonis campus, ubi aliquot milia ex Darii exercitu ceciderunt, nocturnis spectris horridus est. Hoc; campus Wortamentis, quibus Spectra longiori oratione Tritheimus profectus est.

Referti hæc debet Kerope in Livonia castrum, unum ex iis, quæ Mofchus Polono cecit; in quo multa Germani à Mofchovitis occisi sunt. Castrum hoc, & tota vicinia, illusioibus diabolicis adeo fuerunt nostro adhuc tempore infesta; ut Dæmones palam, & in conspectu omnium, cum luna nocte splendebat, in aquis fides, effusis habentibus, circum menia, tanto cum impetu, currerent, ut qui defatigati, sub onere corruerent, & subinde morerentur. Interdum quoque more Moschorum vestiti, integros corpus onustus frumento in humeros suos ferentes omnibus aspicientibus, in vicinum lacum villæ quædam arci proximum coniciebant. Hæc Michael ab Helt, circa annum 1585. suæ Historiæ. Videatur Locus de Confessione.

DICTUS locus sexto adjungimus illa, ubi innocenti sanguinis effusi versantur rei, & crudelis homicidia. Quemadmodum enim quædam loca ob memorabiles cædes clara, spectris infesta sunt: ita quædam crudelibus homicidiis Manes sequuntur, & infestant: omniaque, quibus ipsi degunt, reddunt horrida loca.

Adiciamus septimo illa, ubi homines quidam gravibus Deum offenderunt, pœnasque, quas jam vita defuncti sustinent, merentur. Hic nobis servium Therma B. Gregorii, in quibus Felix Portuensis Episcopus, à presbytero quodam cognovit, idcirco ibidem illius loci Dominum, post mortem obversari, & pœnas sustinere, quòd ibidem divinum in se iram, vivens adhuc provocasset. Gregor. lib. 4. Dial. cap. 40.

Sunt præterea, præ cæteris, infesta loca, ubi sedes suas habent, qui in gravibus versantur peccatis, iis maxime, quibus pietatis, justitiæ, mæne charitatis, & honestatis jura enormiter violantur. Ad hæc loca, illa pertinent; ubi vel Gentilium vigent superstitiones; vel exulat vera religio. Quam molesti Idolorum cultoribus fuerunt Dæmones? Ixi in Livonia quid non passim à fide Apostata?

Denique illa sunt loca, in quibus insignis sanctimoniar, & pietatis homines commorantur. Hoc, quamvis recentibus exemplis docere difficillius sit; præteritorem tamen seculorum historiae tot exempla demonstrent, ut propemodum sit oleum, & operam perdere iis recensendis immorari. Refert Castian. Colat. 7. 7. cap. 23. in ipsi Cænobiis, ubi olim debebant Monachi, vel octo, vel decem; ita Dæmones grassatos fuisse, & frequentes: ut non auderent omnes pariter noctibus obdormire: sed vicissim aliis degstantibus somnum, alios vigiliis celebrantes, psalmis & orationibus & lectionibus inhiassisse.

Maximas quoque à Dæmonibus molestias sustinuisse Monachos, ubi B. Gregor. Oratorium suum habuit, in ejus vita docet Diaconus cap. 89. Sic in monte Serrato, in insidiis Dæmonis (qui eremitam simulabat) tentatum, atque superatum, & gravissimis se criminibus, fornicationis atque homicidii obstrinxit virum alioquin sanctum, solitudinis cultorem Joannem Garlinum, refertur Annales Hispaniæ, & ex his Patricius quidam Augustanus germanico idiomate, impressus Monachii, An. 1588. Legendus Palladius, qui plurima pro hoc argumens to exempla suppeditat.

\* ALIA LOCA SPECTRORUM.

Aventinus lib. 3. Annal. Bojor. Historiam refert, quæ in pago Camontino ad Rhenum accidit, sanè memorabilem. Ibidem, inquit, hæc diebus defertor, ac peruga spiritus, multa miracula edidit; circulatorias præstigiis lusit, incolas infestavit. Primò umbra feralis à neminem quidem conspecta, lapides in homines jactare, pulsare fores cepit. Mox sub humana specie pestilens ille genius delitescens responsa edidit, facta prodidit, criminosos quoscumque nota infamiae asperit, discordias, simulates excitavit. Paulatim horrea, casas omnes succendit, atque exussit, sed uni molestior exiit, perpetuò ejus lateri, quocumque diverteret, hærens, atque domum comburens, & ubi viciniam universam in necem innocentis excitaret, ob scelera illius hunc locum infamem, ac devotum esse, pravus mendaciorum faber jactabat. Coactus est homo sub dio manere. Ab omnibus enim, quasi Lemuribus nocturnis sacer, tecto arcebat. Atque ut ille confinisibus satisfaceret, candens ferrum manibus portavit, ac eum non violaretur, insontem se comprobavit. Nihilominus tamen in agris frumenta ejus in acervos composita, idem perditus combussit. Cùmque odiosus in dies magis, ac magis esset, coacti pagani, rem ad Pontificem Moguntinum deserunt: Sacerdotes missi agros, villas sacris comprecationibus, lustrali aqua, saleque lustrico expiant, atque collustrant. Prava, ac conturbata mens primò quidem retinebatur, ac lapidibus quosdam vulneravit, verum divinis carminibus incantatus, efficacibusque supplicamentis adjuvatus, tandem contuitur, nec usquam gentium apparuit.

Hujus, vel similis historiæ ni fallor, ex Sigeberto, & Vincentio mentionem facit V. v. lib. 4. cap. 22. de præstigiis. Memorabile quoque est, quod de Bavo refert Plutarchus in ejus vita. Cùm enim in bello contra Octavianum Augustum esset, ex Asia in Europam transportatus auspicio, concubia jam nocte, cùm in tentorio ejus lumen esset, haud sanè clarum, & totis calstris quies, in animo secum quippiam medians, visus est sibi quendam audire ad se intrantem, respicientem ad ostium, terribilem conspexit, & monstrum inusitatae stature corporis imaginem, tacite! sibi astantem, ausus tamen percontari: Quisnam, ait, hominum, Deorumve, aut cujus rei causa ad nos venis. Respondit ei imago: Tuus sum, o Brute, malus genius, apud Philippum me videbis: Tum ille nihil territis, video, inquit. Cùmque evanisset, vocavit famulos, qui neque vidisset quicquam, neque ullam vocem audivisset responderunt. Esi autem, cùm Brutus Cajo Cassio narrasset id, quod sibi acciderat, ab eo, ut potè imbuto opinione Epicuri, adductis rationibus aliquot confirmatus fuit, quasi non probabile esset, genios vel esse, vel hominum formam habere, vocemve, aut vim quandam ad nos pertinentem: tamen ea nocte, quæ præcessit prælium in Philippis, Bruto rursus apparuisse dicitur genius, vel spectrum eadem forma, neque ulla voce edita discersisse.

Quinimò ipsius Cassii opinio ab Epicureis hausta, tam firma haud fuit, ut spectra non exhorretet, licet Bruto perferenda

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

V 3



dere voluerit, fortibus viris ea non apparere, sed tantum imaginaciones esse: Siquidem tradunt historici, eundem Cassium pugna illa Philippica Julium Cæsarem augustinum forma, quam hominis, atroci & minaci vultu concitato equo in se impetum facientem vidisse, quo aspectu illum terrorem, hosti terrorem dedisse, postea sibi ipsi manus intulisse.

Simile accidit CASSIO Severo Parmensi, Poetae non ignobili, de quo ad Albium Tibullum Horatius:

*Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula vincat.*

Hunc sequuntur partes BRUTI, & CASSII, tradunt Porphyrius, & Acron, Tribunum militum factum; postquam devicti fuerunt, sese Athenas contulisse, quo cum Quintilius Varo ad Augustum misisset, ut eum interficeret, & illum studentem ostendisset, nihilominus interemit. Hujus autem epistolas Plinius, & Suetonius citant. Venit Valerius Maximus ubi de somnis agit, ejus mortem ita recenset. Apud Actium, inquit, M. Antonii fractis opibus, Cassius Parmensis, qui partes ejus sequutus fuerat, Athenas confugit, ubi concubia nocte, cum sollicitudinibus, & curis mente sopita, in lectulo jaceret, existimavit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso, interrogatum: Quisnam es? respondisse: Cadomona. Perterritus deinde tam terrore visu, & nomine horrendo, servos inclamavit, sciscitatuque est, si quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent, quibus affirmantibus, nomen illuc accessisse: iterum quæsi, & somno se dederat, atque eadem animo ejus observata est imago. Ita fugato somno, lumen introferri jussit, pueroque ad se discedere vetuit. Inter hanc noctem, & supplicium capitis, quo cum Cæsare affecit, parvum admodum tempus intercessit.

Simile aliquid evenit DIONI Syraculano, paulo ante quam à conjuratoribus interficeretur, teste Plutarcho in ejus vita. Cum enim inclinato jam die solus foret in atrio domus sederet cogitandus, subito strepitu excitatus, in alteram porticus partem respexit, magnamque contutus est mulierem, quæ habitu, vultuque nihil à tragica Furia distans, domum scopis viceret. Graviter eo specto terrore, atque consternatus, amicos ad se vocavit, utque visum exposuit, & ut secum eam noctem agerent, oravit, omnino metu quasi attonitus, timens videlicet, ne sibi soli rursum id ostentum occurreret.

Id quod tamen potro non accidit. Paucis post diebus C filius ejus ephebus ira, dolore levi, & ludicra ex causa orta, concitus, de superiore parte adium se in caput dejecit, atque obijt.

Perunt quoque CORNELIUM Syllam, cum in agris esset, dæmonem quandam per somnium conpexisse, seque ab illo vocari existimasse, quod somnium cum amicis manè retulisset, summa celeritate testamentum conscripsisse, in sequenti nocte signato eò, cum febris accessisset, sexagesimo exacto anno è vita decessisse.

Herodotus lib. 7. scribit de specto, quod XERXIS bis in somno apparuit, eumque compulsi, additis minis, ut Græciæ bellum inferret. Quod cum Artabanus patruus illius contemneret, & infomniis tribuere, omninoque dissuaderet bellum, eidem illud spectrum in somnis apparuit, & cum acri increpatione ne impediret fatale bellum, candentibus seramentis crueret ipsi oculos videbatur.

Neque omittendum est, ex recentioribus historiis, cum gentiliu tenebræ splendore veræ lucis paulatim revolventur, quod JULIANO Apostata, cum declaratus ab exercitu Cæsaris esset, contigisse scribit Ammianus Marcellinus. Noctem, inquit, quæ declarationis Augustæ præcesserat diem, junctoribus proximis retulerat Imperator, per quietem aliquem visum, ut formari genies publicus solet. Hinc objurgando dixisse: Olim, Juliane, vestibulum adium tuarum observo latenter, auge tuam gestiens dignitatem, & aliquoties tanquam repudiatus abcessisti. Sed si ne nunc quidem recipies, sententia concordante multorum, ibo dimissus, & mortuus. Id tamen imo corde retinet, fore, ut tecum diutius non habitem.

Et lib. 25. paulo antequam JULIANUS in praelio contra Persas occumbere, ita pergit: Ipse ad sollicitam, suspensamque quietem paulisper protractus, cum somno, ut solebat, depulso, ad emulationem Cæsaris Julii, quadam sub pellibus scribentis, obfcuræ noctis altitudine sententia cypudam Philosophi teneretur: vidit squalidus, ut confensus est proximis, speciem illam genii publici, quam antequam ad Augustumurgeret cul-

men, conpexit in Galliis, velata cum cornucopis, per aula tristitius discedentem.

LOTHRUS lib. 6. de obroganda Missa fatetur, se disputatione victum à diabolo, privatam Missam aboluisse.

Et alibi fatetur, se Diabolum bellè novisse, & multum salis cum eo comedisse.

Volunt Basilicenses Ecclesiastæ in quadam epistola, virum grandem, & CAROLSTADIO concionante, in templo visum, (Diabolum dicunt) ades ipsius intrasse: ac filio, ut patri, quod per se post triduum auferendus esset, indicaret, imperasse, res verbis fidem fecit, sublato tertio die è vivis Carolstadio.

Ajunt, GELLO virginem quampiam fuisse, quæ puella adhuc vita decesserit. Hujus spectrum oberrare Lesbii, creditum est, ac pueros impetere. Unde puerorum mortem, qui præmature fato perirent, huic Gello imputabant. Citatur Sappho, quæ hujus fabula meminert: Hinc proverbium, Puerorum amans Gello. Erasmus.

Strabo lib. 6. Geographia refert, Temesiam ab Lao primam urbem esse Brutæ, ipsius ætate dictam Templam, quam ab Autonius condidit, Thonatis Comes Ætoli deinde tenuerint, atque his expulsi Brutis demum Hannibal, & Romani funditus everterint. Juxta hanc facellum fuisse oleastris circumseptum, Polite cuidam ex Ulyssis Comitibus sacrum. Hunc quod esset à Barbaris violatus, graves iras in eos exercuisse: adeo ut in proverbium abierit, dicerentque cavendum, ne Temesius genius immineret. Deinde Loerensibus Epizephyreis urbe potius Euthymum quandam, utinquit Ælianus, ex Italia illic venisse, pugilem inclutum, & insigni robore, qui & lapidem ingenti magnitudine gestaverit, qui Loeris ostendi solet. Hunc cum Polite congressum, victorem è certamine discessisse: atque ita finitimos hujus opera liberatos à tributo, quod ille conpexerat extorquere. Quin & compulsi sunt, ut quod per vim abijtulerat, redderet etiam cum fenore. Atque hinc proverbium natum putat, iis, qui fordidos, & injustos quæstus faciunt, adfore Temesiam genium: quo significabant, aliquando dependenda cum fenore, quæ præter jus, & fraude, seu vi rapiissent. Pausanias in Eliac. paulo diversis rem narat: nempe comitem quandam Ulyssis ob virginem constupratam occisum fuisse, atque ob id larvas ejus, nisi quotannis oblata virgine placarentur, grassari solitas, ac pernecium adferre omni sexui, atque ætati. Atque hunc quidem ejus loci genium vulgo fuisse creditum, quem Euthymius pugil Temesiam reverfus conpexerat, virgine, quam devoverat, liberata, atque in matrimonium accepta. Erasmus in Chitiadibus.

PAUSANIAS Spartanorum Rex, interfecta Cleonice Bizantina virgine per tenebras, manibus illius post ad mortem usque exagitatus fuit. Plur.

NEO matrem Agrippinam, dicta, factaque sua exquirentem acerbius, & corrigenstem, interfecit. Neque tamen seculis conscientiam, quamquam & militum, & Senatus, populique gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut unquam postea ferre potuit: sæpe confessus, excogitari se materna specie, verberibus furiarum, ac tegis ardentibus. Quin & facto per Magos sacro, evocate manes, & exorare tentavit. Pregrinatione quidem Græciæ Eleusiniis sacris, quorum imitatione impij, & scelerati voce præconis submoverent, interese non ausus est. Sueton.

ORTHO Imp. Galba cæso, à suppliciis, & terroribus imperium auspiciatus est. Nox enim, quæ primum imperii diem secuta est: adeo turbida, & infesta illi contigit, ut per quietem subito pavescens, genitus ediderit ingentes, & repertusque ut abijt, qui eo occurrerant, humi ante lectum jacens: ob id, quæ Galbæ manes, à quo deturbati sese, expelli que videtur, propitiare conatus est. Postridie quoque in augurando tempestatæ orta, graviter prolapsus, idem tamen obmurmura se tradunt: *si pæp uoi è pæpæpi s' uoi s'.* Idem.

ZONARAS ex Thracæcio refert, Isacio Comeno Imp. circa Neapolim venanti visum esse aprum horrendum aspectu: quem dum laxatis equo habens persequeretur, in mare demersum evanuisse, & à perisque non aprum, sed spectrum quoddam diabolicum esse judicatum: atque interim fulgore quodam instar fulguris perstrictum Imperatorem, equo præ terrore excelsum, & spumantem ore reicientem, humi attonitum jacuisse, atque inde navi piscatorum in regiam revedtum, in Studente naferium se contulisse. Zonaras.

NAELUM arcem Pomeranorum munitissimam Uladislavus I. Polonorum Rex obsidebat. Ibi noctu, lucente luna, crebro visebantur

visebantur ac excubitoribus quasi armatorum hostium acies, A ex apertis campis ad stativa Polonorum adequantas, & incurstantes. Cum id sæpius accideret, indignati Poloni inquietantise, nec usquam in apertum certamen prodire hostes, nocte quadam, cum iidem hostes adesse nunciarent, & fremebundi agminatim è castris sese propurcæ, dissiagentesque castro labore longius percussit sunt. Obstitit tumultu Polonorum exaudito, & excursione è castris animadversa, erumpunt subito, & ignem in opera, atque turgia militum stramine, arundineque contexta iniiciunt: quo celeriter pluribus in locis sese diffundente, paucis, qui in castris manserant, defendentibus, facile opera cum magna castrorum parte conflagravit. Nocturnas umbras illas fuisse autumant, quæ hostilibus exercitiis speciem ostentantes, Polonos ita divino permistu exagitarunt: propterea quod solenne omnibus Christianis quadraginta dierum jejunium, priore expeditione, promissuo, ac temerario estu carnis, & lactariorum, moribus, & institutis Ecclesiæ Catholicæ contemptis, temeraverant. Hoc incommodo accepto, Poloni, quod hyems, quæ citius, & asperius regiones illas affligit, jam instabat, turguriaque amitterent, sine quibus vin, & injuriarum hyberni cæli perferre non possent, simul quod terrores illos nocturnos in religionem B verterant, re infecta ab oppugnatione Nacli discessere. Crom. lib. 5. hist. Polon.

Alexand. ab Alex. lib. 2. Genial. diernum e. 9. scribit, quandam suum Familiarem, non ambigue fidei hominem, amici sumo curasse: & cum inde Romam revertetur, nocte adveniente in hospitium via proximum diverteret, & ibi se animo, & corpore fatigatum quieti dedisse. Cumque solus degeret, & adhuc vigilaret, ait, repente amici nuper defuncti imaginem summo pallore & macie, ac eo ferme habitu oris, quali illum, cum agrorotaret, dimiserat, ad se accessisse: quem cum fuisse intutus, & præ timore nec animo, nec mente satis conpexisset, quisnam esset, interrogavit. Ille autem cum nihil respondisset, exutus, ut videbatur, vestibus, in eodem, cui ipse incumbebat lectulo se collocavit, ac propè accessit, quasi cum amplexaturus. Alter verò cum sese jam metu examinibus videretur, ad lectuli spondam cecidit, illumque propius accedentem abegit: qui se repullam pati videns, ipsum torvo, & minus familiaris vultu aspectavit, respumque mox vestibus è lectulo surrexit, & cinctus, calcaturus inde abiens, nunquam postea apparuit. Quo timore familiaris ille C percussus, gravi correptus fuit morbo, ut propemodum interiret. Addebat his, dum in lectulo cum illo luctaretur, se nudum illius pedem usque adeo gelidum contractasse, ut nulla glacies huic frigori potuerit comparari.

Idem ejusdem argumenti historias describit lib. 4. c. 19. in hæc verba: Nuper amicus meus summus, ingenio, & fide singulari, rem dictu admirabilem fibi evenisse narravit, & ejus veritatem multorum comprobans testimonio: se videlicet, cum apud fibi familiarem, & conjunctissimum Neapoli diverteret, & nocte intempesta hominis in via clamantis, openque implorantis vocem audisset, accenso lumine accurrisse, quid rei esset inquitum: ibique dæmonem tetra, & horribili specie conpexisse, juvenem vociferantem in via infestis manibus invadentem. Ad hunc propè accedentem miser ille accurrit, vestemque, & manum quem poruit tenacissime apprehendit: multumque, & diu frustra reluctatus, invocato numinis divini auxilio, vix tandem à dæmone se vindicavit. Cum D verò juvenem animo turbatum in domum recepisset, ut ab ipso dimitteretur, aut pallium relinqueret, nunquam potuit effici: tantus enim illum invaserat horror, ut mente evicta sui non esset comitis, cum illi perpetuo ob oculos versari videretur illa species. Ubi tandem ad se rediisset, rem omnem, quo pacto habuerat, exposuit. Fugerat autem scelerata vitæ, contemptor Dei, & parentibus immorgerus: quos tunc objurgarat, contumeliasque & intoleranda probra in eos congererat, ut ab illis consecratus diis execrationibus abierit.

THOMAS Monachus, homo minimè malus, cuius fidem, probitatemque in rebus non paucis expertus sum, inquit, idem ferò mihi retulit, cum in monasterio, & sacris adibus, sitis in Lucanis montibus, cum pluribus alacris fuisset, & post multa convitia, rixaque animo perturbato solus sedisset per memora, se speciem hominis vultu terro, aspectu deformi, favosque, nigra barba, promissis tunicis, obviâ habuisse: qui rogatus, quid solus per devia oberraret loca? respondit, se equum, quo vehi solet, amisisse, eumque sua opinione in proximis excursisse campos. Cumque per sinus iniquos equum unâ quæsitum pergerent, ad rivum L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI. l.

lum, in cuius alveo gurgites latebant formidabiles, devenirent. Quare monachum calcos exeuntem in faciliorem B transtravit, magnopere urgebat alter, ut in ipsius consenderet humeros, transferendus ab eo, qui major erat corpore. Ille acquiescens, collumque amplexus alterius vada inquirentis, pedes ipsius non humana, sed tetra, & deformi specie contuetur. Quare animadversa, terrore percussus, divinam imploravit opem. Evestigiò dæmon, murmure querulo, & turbine usque adeo valido profugit, ut imminente quercum ingenti colliscent impetu, & infractis ramis radicibus everterit: Monachus consternatus, velut exanimis diu jacuit, vix tandem ad se rediit.

GORDIANUS amicus meus, inquit idem Alexander, spectata fidei homo, mihi retulit, cum Aretium cum familiari suo proficisceretur, & abitinere, ut fit, longè aberassent per difficilia, & devia loca, ubi nihil viderent culti, sed saltem memora, saltus nivei, & inaccessi obicerentur oculis, & ipsa terreret solitudo: urgenteque ad oceanum sole, labore fessis confedissent: tandem hominis vocem procul audiri visum est, quam sequuti, in proximo fastigiò trium hominum conspicimus imagines immanes, & formidabiles ultra humanum modum, nigris, & demissis tunicis, in veste lugubri, sinefataque, barba, capilloque summo horribili facie. F Qui cum voce, gestuque ad se ipsos advocarent, ac jam propè illexissent, ingente interim corporis mole, longe humana majore apparuerunt: atque alius specie non ab simili nudus, mirificos edidit saltus, gestuque indecoros. Quo spectaculo consternati, fugam cepere: viamque arduam, & præcipitatem ementi, vix rustici demum vile hospitium, ubi diverterent, invenere.

Sed præ omnibus, quæ audiverim, aut viderim, res est admiratione digna, quam recenti memoria revertere Romæ perperimus. Cum apud Gabios quidam infimæ fortis, & obfcuris natalibus adolescens furiosus, corruptorum morum, & facinorosa vitæ, parentem objurgasset, convitiisque proficidisset, dæmone invocato, cui se devoverat, Romam meditatur, ut gravius aliquod flagitium in patrem moliretur. In itinere dæmonem facie hominis struclentia, sordida barba & capillo, vestique obsoleta, & squalida obivium habuit: qui tristitia, & anxietatis causam ex juvene percontatur. Hic, fibi quid altercationis fuisse cum patre, & scelus aliquod jam animo constituisse respondit. Cui dæmon, sibi eandem obvenisse fortem ait, pergendumque, ut suas simul ulciscatur G injurias. Cumque nocte appetente ad urbem pervenissent, in proximo diverterunt hospitio, unaque cubuerunt. Juvenis somno oppressi jugulo manus injecit pestilens ille comes: quod jam infregisset, nisi alter expergestus Deo supplicasset. Unde furia illa teterrima tanta vi cum stridore, & fremitu cubiculum dicitur exeundo collisisse, ut tigna, & tectum diruerit, tegulaeque penitus perfrigerit. Hoc spectaculo perterritum, & ferè mortuum adolescentem, vitiositatis, & ante actæ vitæ poenituit: alioqui afflatus spiritu, perosus scelerata, boni exempli vitam procul à populari tumultu egit. Hæc ille.

Dæmones, qui in domibus oberrare visuntur, vel mites sunt, vel terribiles, & truculenti. Mites videntur Lares dici posse, qui in domibus concubia potissimum nocte versantur, & aliquid se facere vario strepitu indicant, cum revera nihil faciunt. Scribit Joan. Vier. lib. 1. cap. 16. de Præfig. dæmonum, in adibus suorum Parentum se puero Lares frequenter auditos, qui pridie quam accedent mercatores, lupulum empueri (è qua re pater ipsius quæstum facere consueverat) facerum per scalas devolutorum strepitum imitari consueverant, omine semper fausto, & veraci. His similes, quos Germani Gutelos vocant, à bonitate, qui etiam aliquid operum faciunt, curam præferentium jumentorum habentes, hominibus alioqui raro apparentes. Non diversi ab istis, quos Trullas nuncupant, qui sexu tam mulieris quam viri ementio, cum apud alias nationes, tum maxime apud Sueonas in famulatu fuisse feruntur. Jam verò truculentos Larvarum appellatione dignari possumus, qui familiam quocunque modo, vel turbant, vel terrent.

In Fodinis quoque metallicis utrumque genus reperitur, teste Georg. Agricola in l. de Animantibus subterraneis. Eterunculenti quidem vel solo aspectu terribiles, plerumque metallicis infecti, atque inimici sunt. Talis fuit Annebergius dæmon, qui operarios duodecim amplius flatu interfecit, in specu, qui Corona Rosacea appellatur, eo nomine relictus, quantumvis argenteo dives esset. Flatum verò emittebat ex rictu, cum equi specie, habentis procerum collum, & truces oculos, appareret. Ejus-







V. pervenit: de quibus sic *Thomas Fazellus*: Paucis ante diebus (scilicet, quam tumultus excitaretur, vivente adhuc Ferdinando Rege) cum sub primam lucem in lectulo vigilaret Calceandus, magnum hominum multitudinem in area perstreperentem audivit. Ad fenestram ocyus accurret, virorum frequentiam primum, peditumque species: mox haltatos, scuto-rotasque sublequit, ac equites deinde in turmas divisos, armatorumque acies in praelii speciem concurrentes in regiam domum, qua Hugo utebatur, irruere, ac oppugnare, oculis per manem umbram sibi videre est visus. Plerique prae-rea sub idem tempus ad radices Peregri montis milites armis instructos noctu concursantes se vidisse fasti sunt. Hæc *Fazellus lib. 10. & ultimo de Rebus Siculis*.

Apud Aquilonates populos plura loca infestantur. Refert *Olaus Magnus*, solere apud ipsos, nocturnos viatores, gregumque, & armentorum excubiis intentos, portentis diversi generis circumfandi, mirifico concentu. Hunc nocturnum Monstrum ludum vocant incolæ Choream Evarum, de quibus eam habent opinionem, quod animi eorum hominum, qui se corporis voluptatibus dedunt, corporibus lapsi, circa terram volutentur. Vestigia harum larvarum manè interdum, in herba rosida, deprehenduntur; interdum vero ceu igne exesa conspiciuntur. *Olaus lib. 3. cap. 11. Gent. Septim.*

In Islanda insula, sub polo Arctico, promontorium est, quod instar Ætne perpetuis ignibus aestuat. Illic submersorum, sive alio violento casu occisorum spectra sese offereunt congressibus notorum hominum, tam manifesta, ut tanquam viventes accipiantur ab ignaris mortis illorum. Nec deprehenditur error, priusquam disparuerint umbræ. *Idem Olaus, lib. 2. cap. 2.*

Arx est in extremis terris Flandriæ suppolaris, Regno Sveciæ subiecta. Præterlabitur hanc vastissimus fluvius, infernalis profunditatis. Ad hunc spectra subinde apparent; & imminente morte Præfecti arcis, vel militis alicujus, Cythærus per noctem in mediis undis conspicitur, & auditur. Hoc quoque *Olaus lib. 2. cap. 19. & 20.*

Apud Philappas ingens est numerus spectrorum; quæ cum ipsis conversantur, colloquuntur, convivantur: nec arcerent, aut abigi ulla ratione dicuntur. Cùmque præcipue terreantur à manibus cognatorum, neid fiat, prohibent cadaveribus desolis, & sepultis sub loco. *Beucerus libro de Divinat. fol. 283.*

Similiter SVERLINGI, arx in Scotia, à Spiritibus infestatur: & quia ibidem gemenes, & clamantes nocte audiuntur, nomen accepit, ut Mons dolorosis dicatur, quemadmodum scribit *lib. 4. Scotorum Hist. H. Boelb.*

Inca, quæ est circa SYRTES Lybia, quandoque, & maxime quieto à ventis tempore, apparent in aere diversarum animantium formæ, quarum quædam quiescunt, quædam moventur: & hæc aliquando fugiunt, aliquando fugientes insequuntur, quos verò comprehendunt, frigidò circumdant contactu. Refert hoc *Diod. lib. 3. cap. 4.*

Ex Aristotele de Admirandis auditionibus refert *Thomas Fazellus, de Rebus Siculis*, tumulum in Lipara Insula olim fuisse, ad quem noctu accedere nemini licebat. Cymbala namque, crotali quoque, immanes præterea sonitus, tumultusque cum inconditis cachinnis ibi exaudiebantur. Quibus terribi Liparenses, ne quid sibi mali accideret, illum progredi perhorrebant. At cum mero quidam correptus, eò temere pervasisset: juxta tumuli specum obdormivit, perque strus-que à domesticis post triduum exanimis est repertus. Pro mortuo autem inde elatus, cum sepultura paratis exequiis, ac funebri pompa tradendus efferretur, repente omnibus admirantibus expectatus, quæ & viderat, & passus fuerat, enarravit. *Hoc Fazellus.*

In Provincia Peruana ea parte, quæ Iutanorum est, CATHARINA sexdecim annorum puella, ob sacrilegio sæpius violatam Confessionem, & infelicem post mortem multarum turbarum, atque tumultuum fuit causa. Mox, ut anima exhalavit, sedum cadaver remansit, tam tetri odoris, ut seponere maneret sub dio, ne inficeret domum. Eodem tempore manifestus alicujus equus, & placidus sic ferere cepit, ut calcibus arretaret in murum, & hac illacque percurreret; & vinculis abriperet. Auditi canum latratus, & inquieti discursus. Adolefcens quidam extrâ lectum brachio extractus, una ex ancillis calcem in humerum percussa, cujus plures ad dies manserunt vestigia. Hæc corpore Catharina nondum humato acciderunt. Post sepulturam in famulam, ingredi cupientem cubiculum, ubi illa erat, vas dejectum est

de tabulato superiore. Et major pars oppidanorum conspexit vim magnam laterum, regularumque magno fragore dispersi per aedes. Neque hoc satis. Domina coram decemque aliis, aut duodecim mulieribus, fenscliteringue, ac tertio est rapta pede altero (nec apparebat raptor) famula, quæ Catharinæ familiaris fuerat. Secuta sunt alia monstra. Cùm in cellam vestiarum iret ancilla, ut promeret vestem, videt Catharinam extollentem sese vasi presando, at ipsa cum clamore repente se proripit; cæterum vas in parietem projectum, distractum est quassu ingenti. Cùm Domina, strepitu excitata, intraret cellam, dimidiatus later magno impetu in murum est impactus. Postridie, impressa in pagina Christi effigies de cruce pendens, apte applicata est glutine in pariete vestiarum; statimque cunctis inspestantibus, evulsa tres in partes confissa est. Eodem die cùm in horto cœna esset, magna pars lateris deciderit in lancem, & conturbavit mensam. *Vide Annales Societatis Jesu, Anno 90. & 91. in provincia Peruana, fol. 766. ubi hæc, & plura his similia habentur.*

Est alius locus palustris, decem scilicet passuum millibus ab Odepe, quod prædium est novi Episcopatus Vende in Livonia. Lacus autem, qui in eo erat, sic infestabatur, ut nisi singulis annis sanguis infantium in eum mitteretur, ultra modum affligerentur vicini, & plurima damna iis Dæmones afferrent, conturbarent aera: tonitrua, fulmina, procellas & tempestates excitarent. Hinc usitatum apud illos erat matris furari infantes, atque in lacum proicere, aut saltem extractum ex eorumdem corporibus sanguinem in eundem mittere. Etiam hoc Iffelt eodem loco.

Affirmabat vir quidam fide dignus, esse peculiarem locum in quodam Promontorio, inter horridos scopulos in remotioribus Septentrionalibus regionibus, ubi sæpe priusquam, aut eo tempore, quo prælium aliquid aliis committitur, in quibus multum humani sanguinis effunditur, undè marinæ sanguinæ, & in iis veluti ebullientia cadavera humana, pleraque tamen trunca, & mutilata utpote absque capite, sine manibus, pedibusque conspiciantur.

In oppido Lochæ cervus fuit, qui singulis annis mense Septembris, Festo S. Ægidii, videbatur muros transilire, & in silvam currere, & mense Octobris reverti. Idque per multos annos, sed anno, quo Dux Fredericus mortuus, non est reverfus, quia ad novum Dominum redire noluit.

ALEXANDER III. Scotorum Rex, Joannam Henrici III. Anglorum Regis forem in matrimonium habuit. Quæ sine filiis mortua, Margaritam ejus Regis filiam in matrimonium duxit, ex qua Alexander, Davidem, & Margaritam suscepit. Quibus omnibus morte fubatis, ipse Rex non abjecta penitus successione spe, Jolantam filiam Comitis Draconensis, videt sibi despondit. Dum noctu festum celebraretur: terribis motus spectrum in fine choreæ saltare. Eodem anno Rex ab equo excessus, & occisus est. Hinc clades, & seditiones ortæ, quæ florentissimum alicui regnum evertentur. Conigit hoc anno Sal. 1250. *Cardanus de rerum variat. lib. 106. cap. 39.*

Est familia Nobilis, ac inter primas Parmæ, Tortellorum nuncupata, possidens arcem, in qua aula est. In ea sub camino solet videri anus jam centum annis, quiescens à familia aliqui obiturus est. Referebat mihi aliquando illustris matrona Paula Barbiana, quæ ex ea familia erat, dum una cœnarem Belziosii, quandam puellam ægrotasse: visam animum existimasse omnes illam perituram, ac contra accidit, servata est enim: sed alius incolumis repente de familia mortuus est. Refertur hanc animum, cujus nunc umbra videtur, olim fuisse prædixitum, & ob pecunias interfectam à nepotibus suis, & in frustra divisam, projectamque in latrinam. *Idem ibid.*

JACOBUS Donatus Patricius Venetus, ac dives, cum nocte quadam cum uxore dormiens cereum accensum haberet, atque in curuli lecto dormiret duæ nutrices cum infante, qui nondum annum expleverat: vidit ostium cubiculi statim aperiri, inde hominem, nescio quem, caput intromittere. Viderunt & nutrices, sed nemo ejus faciem agnovit. Territus adolefcens ut par est, fur-rexit, arripuit enssem clypeumque: nutrices singule ceceos magnos. It in aulam, quæ contemina erat cubiculo, ubi clausa omnia. Revertitur magna cum admiratione. Infantulus, qui incolumis erat, altero die mortuus est. *Idem ibid.*

ANTONIUS Uricus Codrus Grammaticus Brixienfis, nocte quam

quam ultimam in terris egit, videbatur sibi videre quandam ingenti magnitudine, capite raso, barba terram usque promissa, ardentibus oculis, facies in uraque manu gestantem, ac toto corpore tremebundum, eumque his allocutus est verbis, Quisnam tu es, qui solus furiali habitu, ea noctis parte, qua mortales somno altissimo prenumitur, deambulas? effare, quid queras? aut quo ire pergas? Hæc cum dixisset, è strato prosiliit, quasi illum in se ruentem vitaturus.

LUDOVICI Alodisii pater, qui Imola verum potitus est, haud diu posteaquam discesserat, homini à secretis, quem filius Ludovicus Ferrariam mittebat, in itinere equo insidens cum acciperet ( ut in aucupio mos ei erat tenere ) apparuit: huicque quanquam magna capto formidine dixit, filium moneret, ut postero die in eum ipsum veniret locum, quoniam magni momenti rem ei prædicturus erat. Ea re audita Ludovicus, tum qua non credebatur, tum quia insidias veretur, alium pro se misit. E illa ipsa imago, quæ ante apparuerat, obviam facta, vehementer indoluit, quod filius non venisset: longè enim plura ei dicturum se fuisse affirmabat. Sed tunc illud tantum referri iussit: quod transacto vigesimo secundo anno, ac uno mense, die quoque specificè addito, rivis imperium, quod obtinebat, esset amissurus. Ut tempus, quod umbra prædixerat, advenit: adhibita magna cura, ea ipsa nocte, quam patris manes suspensam fecerant, Ducis Philippi Mediolanensis ( cuius foedere junctus, propterea ab eo non timebat ) milites glaciæ magna confectis fossis ad muros penetrarunt: adhibitisque scalis, urbem cum ipso Princeps ceperunt. *Sab. l. 1. cap. 4. Exemplorum.*

\* QUINAM A MALIGNIS SPIRITIBUS INFESTENTUR?

Tam boni, quam mali, insulsi spirituum sustinere consueverunt. Quidam videlicet ob sua merita, quidam absque ullis suis meritis, & priorum quidam ob graves excessus eosdem sustinent: alii ob leves defectus. Tria igitur in universum loquendo sunt hominum genera, quæ a demonum percussiones sustineant: innocentes, improbi, medi.

Crimina verò, quæ ea velut sacrificia spirituum vindicantur, duplicis sui generis. Quædam sunt, quibus apertius Christianis Charitatis jura violantur. Quædam, quibus Deo gravior ignominia irrogatur. In priori genere sunt injuste cædes, pauperum oppressio: atque in parentes impietas. In posteriori blasphemia: violata religio, hæresis, & traditio sui ipsius demonibus facta.

Cædes, & neces injuste allatæ in infestationibus vindicantur, in NERONE, PAUSANIA, atque OTTONE Imperatoribus, de quibus modo egimus.

Addimus aliud ARISTIDEM, viri nobilis, familie Æpiradarum, apud Messenios, qui cum oraculo Delphici Dæmonis intellexisset diutumi belli, quod Messenii gerebant cum Lacedæmonibus, vi Goriæm penes ipsos futuram, si puram virginem Deo immolarent: gratificatus ille patrie primum unicam, quam habuit, filiam destinavit sacrificio: deinde ubi intellexisset corruptam à quodam, (qui ut miseram conservaret, à se gravidam fingebat ) exandescens iracundia, interfectam filiam dilsecit. Huic enim post mortem foeda specie apparuit filia, adeoque percussit, ut cum tumulum ejusdem sese miser jurgularit. *Hoc Casparus Beucerus lib. de Divinat.*

De pauperum oppressioibus suppetunt plurima exempla domestica: sed quia odiosa, proferenda non sunt. Justissimam verò hos cum homicidis Dæmonum molestiam sustinere inde colligitur: quod vix alio, quam homicidarum, loco

D Deus Opt. Max. ipsos habeat. Ita laeta docent eloquia, *Eclesia. 34.* Panis egentium vita pauperis: qui defraudat illum, homo languis est. Qui auferit in sudore panem; quasi qui occidit proximum suum.

Impietatem erga parentes gravissimum esse crimen, cum alia multa doceant; tum illud, quod ad honorem parentibus exhibendum insigni præmio Deus nos invitet. Et hanc igitur justè per instantes dæmones vindicari credi debet.

Blasphemos spirituum insulsi sunt justè puniendi, vel ipsi blasphemii, si non verè consentiant, certe rebus ipsis probant. Quomodo verò? quia nullo loco sibi sunt tuti. Sicuti suam tempersecum ferunt carnisficium, conscientiam; ita ubique blasphemiz ultores credunt adesse spiritus.

Sed nec hic desunt blasphemorum exempla, quos in hac vita spiritus sunt persecuti. Notum est, quod de blasphemio Puero scribit *B. Greg. 4. Dia. cap. 18.* Verba ejus adscribimus.

Quidam vir eunctis in hac urbe ( Roma ) notissimus, ante triennium filium habuit, annorum, ut arbitror, quinque, quem Enimis carnaliter diligens, remisit nutriebat, atque idem parvulus, quod dictu grave est, mox ut ejus animo aliquid obstrisset; Majestatem Dei blasphemare consueverat: qui in hac ante triennium mortalitate percussus venit ad mortem: Cùmque eum suus pater in sinu teneret, ( sicuti hi testati sunt, qui præfentes fuerunt. ) malignos ad se spiritus venisse, tremebundis oculis puer aspiciens, cepit clamare: Obstia pater, obstia pater: Qui clamans declinavit faciem, ut se ab iis sinu patris absconderet. Quem cum ille tremementem requireret, quid videret: puer adjunctis dicens: Mauri homines venerunt, qui me tollere volunt. Hæc cum dixisset, Majestatis nomen protinus blasphemavit, & animam reddidit. *B. Greg.*

De alio blasphemio aliud pro præfenti argumento exemplum recentet alius *Greg. Turon.* inquam, *lib. de Gloria Confess. cap. 67.* Ad Basilicam S. Lupi, inquit, Maurus cujusdam fervens, negligentia admittit confugit. Frendens verò Dominum ejus de vestigio profectus, ingressus Basilicam, nec oratione prostratus blasphemias in Sanctum eyomete cepit, ac dicere, Eitu, Lupe, servum meum auferes, & propter te non licebit mihi in eum ultionem debitam exercere? Et injecta manu servum trahere cepit, dicens: Non mittet hodie hic Lupus manum suam de sepulchro, ut eruat te de manibus meis. Hæc dicente misero extemplo lingua, quæ in Sanctum blasphemias effudit, divinitus obligatur: atque mutatus homo, debacchari cepit per totam ædem, dans mugitum ut pecus, sermone ut homo non profertens: tertia denique die cum gravi cruciatu vitam finivit. Hoc *Turonensis.*

Religionem violari multis modis contingit, Sacramento profanatione, Templorum everfione, atque spoliatione, Imaginum, statuarumque, & Ecclesiasticæ suppellectilis confractione: Reliquiarum Sanctorum contemptu, atque irrisione, &c. Quibuscunque modis violetur, dubium nullum est, ipsius violatores justissime posse pati dæmones instantes, quando pluribus exemplis, tam recentibus, quam veteribus, clarum est, & olim passos esse dæmonum molestias, & nostris temporibus, in Gallia, atque inferiori Germania tumulibus, pati quàm plurimos. Vide pro hac re exempla apud *Petrum Cluniacensem lib. 2. Miracul. cap. 1.*

Hæreticum, sive pravorum dogmatum inventores, atque doctores, sibi à spirituum malignorum infestatione posse timere, docent post alia Lutheri, atque Carolstadii omnibus nota exempla, quæ supra adduximus, & similiter Zuvinglii testantur: sed suum dogma de Eucharistia, à spiritu ( haud dubium ) nigro accepisse.

Quod qui Spiritibus malignis se tradunt, à malignis spiritibus molestantur, mirum non est. Mirum verò valde, si quandoque nullas molestias sustineant. An forte Nequam spiritus ignorare possunt, quòd ipsis miseri mortales sese dedunt. An acceptare nolunt se ultro offerentes. Ubique præfentes sunt nobis, versipelles, & actionum nostrarum censores; etiam non vocati. Si tamen suum audiant, ( probat exemplo, *B. Greg. 13. Dialog. cap. 20.* ) mox advolant, obsequiaque sua præstant.

Sed & studiosè ipsos querere nostram perniciem, probat ipsorum summum, quo erga universum mortalium genus flagrant, odium. Nec hic desunt exempla. Quot serè Sagæ sunt, atque Malefici, tot pro hujus rei confirmatione exempla suppetunt. Infestantur plerique Spectris, quia plerique se dæmonibus devovent. Est & horrendum hujus rei exemplum apud *Sur. tom. 4. in vita S. Bernardi*, in muliere, quæ sexdam aliquot annis cum dæmone consuetudinem habuit, quod brevitate ergo hic omittimus.

Est & non minus læpidum, quàm horrendum, quod *Germanus* quidam, *1. cap. sue de Lamiis Disputationi* inferuit. Idem Auctoris verbis refert *Martinus Delrio, l. 1. parte 1. q. 7. Sæ. l.* ex quo illud licet petere.

\* DISCRETIO APPARITIONIS ANGELO- RUM, & MALIORUM.

Primum differre à bonis spiritibus in Apparitionibus dæmones videntur, quod illi non omnes in corporibus sese exhibent. Item formis differunt ab Angelis. Angelis enim una est, eademque, humanam dico, & quidem virilem: Dæmonibus varia, nunc humana, nunc quadrupedum, nunc volatiliam, nunc reptiliam, nunc aliarum bestiarum.

Inter brutorum verò ratione carentium formas quædam ipsis



ipfis magis sunt familiares, quodam minus. Frequentius habitum canis induunt, & serpentis, & hirci, & capri, & araneae in quorundam vero specie aut nunquam, aut certe rarissime innotuerunt.

Sed nec brutorum tantum sunt contenti formis, ignotas quoque effingunt, atque monstrosas, Centaurorum, Scyllarum biformium, Lemarum, Chimzarum, Gorgonum, Harpiarum, Eumenidum, Tricipitis Cerberi, & mille aliorum portentorum.

Horum omnium exempla plurima sunt. Apparuit quidam in forma viri, purpura, & diademate ornati Martino. Ut refert Sulpitius in eius vita.

S. HILARIONI demon muliebri veste apparuit. Hieronymus in vita Hilarionis.

S. MACARIO in pueri specie. Palladius in vit. Mac. Egypt. Pueri cuiusdam quinque annorum in nigri Mauri specie. refert Greg. 4. Dial. cap. 18.

In horrendi draconis specie cuidam THEODORO: visusque est cauda pedes, manusque misceri stringere. Idem Greg. 4. Dial. cap. 37.

Sed quot terrores Antonio sub variis formis maligni spiritus incussarunt, diximus sub initium Tituli.

Apparitionum Demonum. Lib. 4. hujus Theatri Loco de Demonum, inter Exempla Historica, & Lib. 1. Hujus Operis, in Loco de Apparitionibus.

Sed & CORNELIUS Agrippa semper demonem secum in specie carnis circumduxisse dicitur, quem tandem Araris fluvium cum ille Lugdunum animam egisset, excepit. Jovius in Elegiis.

\* SPIRITUS HUMANI, EORUMQUE APPARITIONES.

Difficilis aliquando quaestio fuit, an humani Spiritus viventium rebis intersint? nec desunt, qui universum genus apparitionum hujusmodi, fabula loco habent, & velut muliercularum fomina explodant.

Ceterum humanorum Spirituum apparitionibus Scriptura sacra, Historiae probatissime, experientia etiam quotidiana fidem facit.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Defunctus Propheta SAMUEL apparuit Sauli, 1. Reg. 28. eique vita finem praedixit. Et B. Aug. sentit, Prophetam verum fuisse excitatum. cap. 10. lib. de Cura pro mortuis.

Libri Machabaeorum docent lib. 2. cap. 15. Oniam sacerdotem, & Jeremiam Prophetam longe post mortem Judae Machabaeo apparuisse, eademque ad bellandum adversus hostes animam addidisse.

MOYSES, & HELIAS apparuerunt cum Christo loquentes in monte Thabor, juxta Evangelium Matth. cap. 17. & Luc. 9. In Actis Apostolorum legimus, quomodo educto e carcere Petro, postquam venisset ad domum Mariae matris Joannis, eisque januam pulsasset, Rhode puella cucurrerit, & Petrum adesse nuntiaverit, quodque alii ibidem praesentes dixerint, Angelum illum esse. cap. 12.

CHRISTO super mare ambulante, exterriti describuntur a Marco cap. 7. discipuli, existimantes se videre phantasma.

Post resurrectionem Dominus stans in medio discipulorum, dixit eis, Pax vobis. Luc. cap. 24. Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre, qui dixit eis, Videte manus meas, & pedes meos, quia ipse sum, palpate, & videte, quia spiritus carnis, & ossa non habet, sicut me videtis habere.

HISTORICA.

SPIRITUM BONORUM APPARITIONES.

Certe ipsi Apostoli defunctis apparuerunt, ipsisque etiam mortuorum apparitiones factae leguntur. Refertur a Petro Antonio Beutero in Chron. Hisp. cap. 23. In ripa fluminis Ebro prope Caesaraugustam Aragonum urbem, B. Jacobo Virginem Mariam apparuisse: cumque ut sacellum sibi, quod postea multis claris miraculis, construeret, admonuisset.

SS. PETRUS, & PAULUS apparuerunt Constantino, ut morbi incurabilis remedium praebent. 7. Synodus Act. 2.

SS. PHILIPPUS, & JOANNES Evangelista Theodosio, Theod. cap. 34. lib. 5.

Idem S. JOANNES Gregorio Taumaturgo, eique vigilanti mysterium Trinitatis aperuit, & declaravit. Gregor. Nisib. in eius vita.

Extuxit templum Apostolis JUTINIANUS Imp. & Apostoli beneficii memores ad Regis honorem hominibus apparuerunt. Procop. lib. de aedif. Just.

Hortatus CAROLUS Magnus B. Jacobus, Galiciam ex Saracenorum potestate in Christianorum usum vindicavit: eique in hoc negotio insignem operam praestitit. Idem ibid.

De B. Virginis Apparitionibus, quae plurima referuntur, tanto minus dubitare oportet, quanto graviores sunt, auctores, qui has probant.

Narrat Gregor. Nisibenus, GREGORIO Taumaturgo B. Virginem apparuisse, ea specie, quam vix oculi illius ferre possent. in eius vita.

Refert Greg. Magnus 1.4. Dial. cap. 14. Musam quandam fuisse, cui postquam B. Virgo chorum insignium virginum exhibuisset, auctor fuit sanctioris vitae.

B. DAMASCENO eadem Virgo apparuit, & manum, quam Leo I saurium impie praedicantem iusserat rogata restituit, estque in brachio relicta ex vulnere lineola. Joan. Hierosolymitanus Patriarcha in vita eius.

CYRILLUS Alexandrinus redit in gratiam cum B. Chrysostomo admonitus ab eadem Virgine. Niceph. libro 14. capite 28.

NARSES ob belli gloriam, & devotum Totilam insignis, nullum committit praesidium, nisi Deiparae Virginis manifeste apparentis monitis excitatus. Niceph. lib. 11. cap. 13.

CYRIACUS Abbas, & Presbyter Laura Calamonis una cum Dei Genitrice vidit utrumque Joannem Baptistam, & Evangelistam; & scripta Nestoris non retinenda, sed excuranda cognovit. Prat. Spirit. cap. 46.

Construit templum Virgini matri CONSTANTINUS Magnus: & ipsa Architecto apparet, quae ratione maxime columna erigi in eodem possint, ostendit. Greg. Thoenen de Gloria Martyrum, cap. 8.

Puer quidam VITRIARIJ Judaei a patre in ardentem fornacem iniicitur: quod cum Christianis Eucharistiam in aede B. Virginis sacra sumpsisset: sed illius egressus, ab illa, cujus in templo imaginem viderat, Virgine se contra vim ignis defensum fuisset testatus est. Greg. Thoenen. ibid. & Gylca 4. parte Annal.

Apparuit similiter JOANNI Patritio, simulque monuit, quae ratione opes suas optime collocaret: sicut ille jam pridem desiderarat, atque ut fides certior apparitioni constaret, eadem nocte Liberio Pontifici ait, & similia monita repetivit. Anton. p. 4. tit. 15.

Eadem Virgo RUPERTO Tuitiensi in somnis adest: promittit, & praestat, quod ille singulari studio imploravit, docile ingenium, & divinatorum intelligentiam. Tribem. lib. de Monest. Hirsburg.

Idem obtinuit UDONI Magdeburgensi; licet ille tanto muneri ingratus, & admonitus, peccandi finem noluerit facere, sed horrenda morte turpissimam vitam elegerit concludere. Nauclor. 2. pag. 24.

Nec defunctorum Sanctorum Apparitiones docet natusque AMBROSIIUS Agnetem apparuisse Constantini Imp. filia, atque item parentibus ad ipsius monumentum pernoctantibus. Ambros. ser. go. de passione Agnetis.

GERVASIUM, & PROTHASIAM S. AMBROSIO viros testatur Orosius lib. 7. cap. 26.

POTAMENIAM virginem ORIGENIS discipulam BASILIDI tortori non apparuisse solum, sed & coronam capiti imposuisse, & futuram martyrii gloriam praedixisse, testes sunt Euseb. l. 5. cap. 5. & Niceph. l. 5. cap. 7.

PROBUS Rheatae urbis Episcopus, vidit JUVENALEM, & ELEFTHERIUM martyres, teste Greg. libro 4. Dialog. capite 21.

FELICEM Nolanum visum esse, & mirabiliter civitatem defendisse, auctor est Aug. lib. de Cura pro mortuis, cap. 16.

THEODORUM martyrem apparuisse, & EUZONIUM Episcopum admonuisse, ne populus efulentis deorum sacrificio pollitus uteretur, post Nectarium habet Niceph. lib. 10. c. 12. & Sim. Metaphrasias in Theodorum mart.

COSMAS, & DAMIANUS periculosae agrotantem, & morturi speciem praebentem, & a medicis desperatum, per somnum, & visum apparentes, sanarunt Justinianum. Procop. in aedif. Justini.

Nota

Nota est historia, quae refert ATTILAM Hunnorum Regem Italiam ingredi, & visitare parantem; (cum Leo Pontifex calamitatem Reipubl. Christianae miseretur, obviam ipsi factus, oratione eundem exterruit) inter alia id quoque confessum fuisse non Pontificis esse solum vultu, & oratione pernotum? sed vidisse quoque duos faces demissa barba, & venerando, ac horribili vultu supra caput affluisse, & districtis gladiis pacem extorsisse. Platina in vita Leonis.

Denique longum esse recense, quae habet de MAMANTE Bahliis in eius vita. de fratre Casario, & aliis Martyribus Nazanzenus orat. 1. in Julianum, De Paulo Hieronymus in eius vita. De Ambrosio Paulinus in vita Ambrosii. De Stephano protomartyre lib. 1. de mirac. Stephani Eoodius. De Fructuoso, & ejus sociis Prudentius in vita Fructi. De Gamaliele Luciano de mirac. Steph. De Collutho martyre. Palladius in vita Salome. De S. Joanne Baptista Theodor. lib. 5. Hist. cap. 24. De Ammone Abanafas in vita Antonii.

Neque minor ponderis sunt haec apparitiones, quod quasi privatae sint, & non pluribus, sed uni exhibitae: Sic namque S. August. lib. de cura pro mortuis, cap. 16. Non solis, inquit, beneficium effectibus, verum etiam ipsis hominum aspectibus, Confessorum apparuisse Felicem, cum a Barbaris Nola expugnaretur, audivimus; non incertis rumoribus, sed testibus certis.

Verum exemplis pluribus in re certa non est opus, habereque hic locum, quo B. Hieronymus Vigilantium perstringit: Tu, inquit, Deo leges ponis? Tu Apostolis vincula iniicis? ut esse ad diem iudicii cogantur in custodia? Pellud: Cum Diabolus, & Demones ubique toto orbe regerent, quare martyres post effusionem sanguinis tenebantur inclusi?

Quod si sancti homines dum viverent, quibusdam apparuerunt, a quibus tamen longissime aberant; cur simili ratione post mortem ad vivos redire non possunt? Atqui vivus apparuit CONSTANTINO Magno, Teste Sozom. lib. 6. cap. 33. MELITUS Antiochenus Theodosio Magno. Theod. lib. 5. c. 6. & 7. AUGUSTINUS quoque apparuit EULOGIO. Augustin. de cura pro mortuis, cap. 10.

Dicit similiter CONSTANTINO apparuit NICOLAUS, Metaph. in vita S. Nicolai.

JOANNES Monachus apparuit cuidam mulieri religiofissimae impatienter eum videre cupienti. teste August. ubi supra.

Est ergo sua auctoritas Apparitionibus: five dignitate attendas spirituum, qui apparuerunt: five auctoritatem, & splendorem eorum, quibus se exhibuerunt: five gravitatem testium, qui nobis tanquam posteris has per litteras tradiderunt.

B. PETRUS Apostolus, & S. APOLLINARIUS ejus discipulus per visum apparentes Sixto Pope an. 433. eum admonuerunt Ravennati sedis imponendum Petrum illum, verum Chrysologum, virum sanctissimum simul, & eloquentissimum. Hieronymus Rubens in Ravennati. historia.

Ferunt S. PAULUM Apostolum, antequam martyrio afficeretur, Neroni testatum fuisse, se illi tertio e caele sua die vivum representaturum. Quod ubi est factum, in consternationem illum conjecit. Et cum post mortem Paulus, ita ut praedixerat, certo, & verè illi assistens, liberè Christum verum esse Deum profiteretur, neque veram salutem in alio: quam Jesu nomine esse, ostenderet; illum quidem dicunt conatum esse; minime autem (quod visio ea repente evanuerit) comprehendere Paulum potuisset. Nicephor. Callist. lib. 2. Hist. Eccl. cap. 26.

D. JOANNES Chrysofomus Patriarcha Constantinopolitanae cum in exilio esset, & ad Comanenon Armeniae cum venisset, ad templum Basilicæ martyris ductus est, qui Episcopus fuisse, & sub Maximino Nicodemae martyrii certamen obisse dicitur, tibi in Joanne ei apprensus martyr: bono, inquit, animo esto, Joannes frater, utrumque crastina dies conjunget. Ille etiam eundem templi, ut locum Joanni pararet, praecipit. Ex eo loco cum tringinta fadorum iter conficent, praeter opinionem recta via exidentes, errabundi ad martyris aedem reversi sunt. Itaque cum res suas disposuisset, linguam ad decendum movisset, letus se, ita ut calcos quoque indueret, vestibus suis ornaasset, & per communionem divinam sanctificationem perciperet. Gloria tibi, inquit, Domine, de rebus omnibus. Et seipso signo crucis, sub qua vixerat, obfignato, beatam illam ingressus est profectio-nem, cum Christo vivens, & regnans pro quo labores longos pertulit. Niceph. Callist. l. 13. Hist. Eccl. cap. 37.

Erat Senex quidam habitans in monasterio Abbatis Eustorgii JOANNES nomine, quem S. Elias Archiep. Hierosolymitanus voluit decem monasterii constituit. Ille verò non acquiesce-

bat, dicens: In montem Sina orationis causa pergere volo. Archiepiscopus autem cogebat eum, ut prius Abbas fieret, & Episcopus pergeret, quo veller. Cum verò Senex non acquiesceret, dimisit eum spondentem, se, postquam reversus esset, suscepturum regimini curam. Et ita salutato Archiepiscopo iter arripuit, ut ad Sina proficisceretur, assumpto secum, & discipulo suo; transvadatoque Jordane fluvio, cum vix unop lapide processissent, cepit senior rigore detineri, ac post paululum invasit eum febris. Cum verò intantum excreveret ardor febris, ut ambulare non posset, inveniunt speluncam parvulam, in quam ingressi sunt, ut requiescerent. Cum verò febris ita invaleretur, ut se vix movere posset, in ipsa spelunca tres dies commorati sunt. Tum Senex in somnis aspexit quandam astantem sibi, & dicentem: Dic, Senex: Quo ire vis? Respondit, In montem Sina. Dicit ei: Ne, quæso, ne recedas hinc. Cum verò Seni id persuadere non posset, absciscit. Febris verò Seni acrius infesta erat. Rursus nocte sequenti eundem Sena sitit eodem habitu, & ait: Quid, Senior, affligi vis? Audi me, & nusquam hinc proficiscaris. Ait illi Senex: Tu, quisnam es? Respondit ei, qui apparuerat: Ego sum Joannes Baptista: & ideo tibi jubeo, ut nusquam recedas. Nam spelunca ista brevis major est monte Sina: quippe in hanc sapius Dominus nollet Jesum, cum me visitaret, ingressus est. Pollicere ergo mihi, quod hic habitabis, & ego mox sanitatem tibi restituro. Quod Senex audiens, libenter sponso dicit in eadem spelunca permaniturum. Et continuo sanus effectus perseveravit ibidem toto vitæ suae tempore. Speluncam verò illam fecit Ecclesiam, congregavitque fratres. Appellatur autem locus ille Saptas. Sephon. Prat. Spr. cap. 1.

CAROLUS Magnus postquam multa regna acquisierat, proposuit quiescere a praelis, itaque intuitus est in caelo viam quandam stellarum incipientem a mari Frisia, & tendentem inter Theutonicam, & Italiam, inter Galliam, & Aquitaniam, & rectè transeuntem per Galconiam, & Bascliam, Navarram, & Hispaniam, usque ad Gallaciam, in qua B. Jacobi corpus tunc latebat incognitum. Hanc viam per singulas noctes aspiciebat Carolus, & cogitabat quid significaret. Cui hoc cogitanti vir quidam optime, & pulcherrime formae ultra, & quam fas est dici, nocte in castris apparuit, dicens: Quid agis, fili mi? Cui Carolus: Quis es, Domine? Zogbedai, frater Joannis Evangelistae, quem Dominus supra mare Galilaeae ad praedicandum populis sua ineffabili gratia eligere dignatus est, quem Herodes Rex gladio peremit, cujus corpus in Gallacia, quae a Saracenis turpiter adhuc opprimitur, incognitum requiescit. Unde miror, cur terram meam nondum liberasti, qui tot, & tantas urbes adquisisti. Quia propter tibi notifico, quia sicut Dominus potentior omnium Regum terrenorum te fecit, sic ad praeparandum iter meum, & liberandum terram meam de manibus Mositarum, inter omnes, ut tibi coram aeternae retributionis exinde praeparat, elegit. Via stellarum, quam in caelo vidisti, significat, quod tu cum magno exercitu ad expugnandum gentem paganorum perfidam, & liberandum iter meum, & ad visitandum sarcophagum meum ab his oris usque ad Gallaciam iturus es, & post te omnes populi a tempore praesentis usque ad finem saeculi: taliter apparuit Apostolus Carolo tribus vicibus. Post hoc perrexit Carolus illic cum magno exercitu. Cuius obideret Pampiloniam tribus mensibus, & eam capere non posset propter murus inexpugnabiles, oravit S. Jacobum, ut propter honorem sui nominis daret ei capere civitatem: tunc muri funditus corruerunt. Qui de Saracenis, H baptizati voluerunt, reservati sunt ad vitam, qui noluerunt, occisi sunt. His auditis mirabilibus omnes urbes se dediderunt, & facta est tota terra sub tributis, &c. Ex Turpino ejus Historiographo. S. Anton. p. 2. lib. 11. 14. cap. 4. S. A. Vinc. lib. 24. cap. 6.

Cum CAROLUS Magnus esset apud S. Dionysium ut ibi ageret Deo, & S. Dionysio gratias de gente pagana subjugata rogavit eum Imperator, ut pro illis intercederet ad Dominum, qui in Hispania mortuerant, & pro salute eorum, qui libenter nummos dabant pro Ecclesia S. Dionysii aedificanda. Nocte sequenti Carolo dormienti apparuit Sanctus, cuiusque excitavit, dicens: Iis, qui tua monitione, & exemplo animati in bello Saracenorum sunt mortui, & morituri sunt, omnium delictorum suorum impetravi veniam, & iis, qui ad edificandam Ecclesiam meam nummos dant, graviores vulneris sui medicinam. Vincent. lib. 24. Sp. Hist. cap. 22.

SIBULPHYS ex Cinomanicis pauperculus dum in bortura sum